

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6920

Auteur(s) : Mathilde l'Emperesse [autre]

Bénéficiaire(s) : Gruchet-le-Valasse, Notre-Dame du Vœu du Valasse (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1157, juin-1164, février]

Lieu d'émission : Rouen

Action juridique : fondation

Langue du texte : latin

Analyse

Fondation de l'abbaye du Vœu (le Valasse) par l'impératrice Mathilde et son fils le roi Henri.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Du Monstier Arthur, *Neustria Pia seu de omnibus et singulis abbatiiis et prioratibus totius Normanniae*, Rouen, J. Berthelin, 1663, p. 852.
- b. Du Monstier Arthur, Somménil F., *Chronicon valassense*, truncatum a R. p. Arturo Du Monstier in sua Neustria pia, integrum necnon variis adnotationibus vindicatum ac illustratum de novo edidit F. Somménil, presbyter Rotomagensis, Rouen, Lebrument, 1868, p. 94-96.
- c. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° CCXXXVI, t. 1, p. 383-384.
- d. Cronne Henry Alfred, Davis Ralph Henry Carless, *Regesta Regum Anglo-Normannorum, 1066-1154*, vol. 3, *Regesta Regis Stephani ac Mathildis Imperatricis ac Gaufridi et Henrici, Ducum Normannorum, 1135-1154*, Oxford, Clarendon Press, 1968, n° 909, p. 331.
- e. Avenel Alain, Cahagne Jean-Marie, Follain Éric, Grélois Alexis, Le Maho Jacques, *Le Valasse*, t. 1, L'abbaye cistercienne Notre-Dame du Vœu, XIIe-XVIIIe siècles. Le château, XIXe-XXe siècles, Rouen, Éditions des Falaises, 2009, 1 vol., « La fondation du Valasse racontée par les chartes », n° 8, p. 35 (traduction).

Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, Recueil des actes de Henri II, t. 1, p. 383.

Texte établi d'après b

Mathildis imperatrix, Henrici regis filia, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, justiciis, baronibus, vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis, Anglis et Normannis, tam presentibus quam futuris, salutem. Sciatis me et Henricum regem, filium meum, fundasse abbatiam Sancte Marie de Voto, de ordine Cisterciensi, pro amore Dei et pro anima Henrici regis, patris mei, et Mathildis regine, matris mee, et pro animabus antecessorum et aliorum parentum meorum, et pro salute nostra et heredum nostrorum, et pro stabilitate et pace Anglie ac Normannie. Et huic abbatie ac monachis in ea Domino (sic) servientibus dedimus in perpetuam elemosynam et confirmavimus totam vallem inter Insulam Bonam et Bolebec, in qua ipsa fundata est ; et in foresta Fiscanni

octingentas acras terre ; et Bellum Faiellum et boscum, sicut via Gireville dividit, que dirigitur per vallem que vocatur Magna Vallis, usque Tylliam Anlupi ; cujus totius terre divise sunt iste : vallis predicta, vallis de Casa Orgri, vallis de Sternello, usque ad Cantelupum, et exinde per vallem que dicitur vallis Sequane, usque ad calceiam que est in divisione de Thyboutot, et sicut termini Gireville dividunt usque ad supradictam viam. Insuper concedimus eis et in eleemosynam confirmamus, in utraque foresta, id est Insule Bone et Fiscanni, omnia aisiamenta sua, cum omnimoda libertate pasnagii et pasture, et ligna et materiem ad domos suas faciendas, et alias res usui suo necessarias. Preterea concedimus et confirmamus omnes donationes que eis rationabiliter facte sunt, sicut carte donatorum testantur : ex dono Guillelmi comitis Giffardi, unum pondus salis apud Juram, singulis annis ; ex dono Guillelmi, comitis Mellenti, totam Hayam de Lintot, cum omnibus pertinentiis suis, et que cumque de cetero juste et rationabiliter acquirere poterunt eis concedimus et confirmamus. Quare volumus et firmiter precipimus ut abbatia predicta et monachi in ea Deo servientes hec omnia predicta habeant et in perpetuam eleemosynam teneant in pace, et libere et quiete et integre et honorifice, cum omnimodis libertatibus et quietanciis suis, et theloniis, et passagiis, et omnibus aliis consuetudinibus nobis pertinentibus.

Testibus : Hugone archiepiscopo Rothomagensi, Philippo Baiocensi, Arnulpho Lexoviensi, Rotrodo Ebroicensi episcopis, Galeranno comite Mellenti, Gualtero comite Giffardo, Roberto de Novo Burgo, Godardo de Vals, Guillermo de Herlouino.

Apud Rothomagum.